





DE

b2. / 3

# PICTVRA CONTVMELIOSA

COMMENTATIONEM

ORATIONE

## MVNERIS ANTECESSORIS

ORDINARII

SOLEMNITER AVSPICANDI CAVSSA

HABENDAE PRAEMISIT

D. IO. LVDOVICVS KLÜBER

1787, 1a

---

ERLANGAE

APVD IO. IAC. PALM

clo 10 CCLXXXVII

SIGILLARIA CONSILIVARIA

GOETHE'S GESCHÄFTS

RECHTSGESETZ

WAGENFISCHER'S

GRUNDRECHT

RECHTSVORLESUNG


HANDBUCH DER

DIGITATION

RECHT

MALTE

RECHT



## CONSTITVTIO ARGVMENTI

### §. I.

*De fide Germanorum differitur.*

**F**idem prae aliis maiores arcte coluisse, ut germana antiquitas, ita romani scriptores, si vnuquam, in hac certe re ipsi fide digni satis loquuntur. Namque constantia sua, et in re prava quoque peruicacia tantum prohibentur apud omnes polluisse ad fidem faciendam, vt praeter laudem summam, quam inde iure ac merito naecti sunt, ipsi eam ob rem imperatores romani ad seculum tertium usque nullis gentibus sui corporis custodiam libertius videantur credidisse, quam Germanis a). Mirum igitur, ni, vilos mortalium armis aut fide

A 2

ante

a) Herodianus in Histor. lib. IV. cap. VII. et lib. VIII. cap. VII. *Inl.*  
Capitolinus in Maxim. et Balbin. cap. XIII.

ante se esse, recte negantes infame in omnem vitam ac probosum duxissent, si quis quid contra fidem admiserit. In quo more posteros quoque, tamquam patriae laudis tenacissimos perfistisse, cum credibile est, tum vero maxime rerum gestarum confirmat memoria. Quamuis enim illam in seruanda fide religionem perpetua cum Romanis consuetudine exuisse paullatim videantur eae saltet gentes, quae sibi in Romanorum prouinciis nouas sedes quaeſuerant, ac proinde ob perfidiam et in promissis inconstantiam male audiant Suevi, qui in Hispaniam migrarant, Wisigothi, ac denique Franci b), omnibus tamen, quotquot supersunt, legibus fidem sanctam esse iubent atque inuiolabilem Germani; quin institutis quibusdam vſi sunt, quae eam ad animos vim haberent, vt fides illaſea seruaretur.

## §. II.

*Descriptio picturae contumeliosae, et ſcriptores.*

Inter haec instituta valde arridet, vt alia nunc mittamus ille pingendi contumeliosiflme eos, qui feſellerant fidem aut promiſſis non ſteterant, pictosque ſic in tabula ostendendos palam, circumferendos ac diuulgandos iubendi, atque adeo nonnumquam eam conditionem diſertis verbiſ paſto adiiciendi. Cuius rei vſus, qui nunc quidem tenet, etſi valde fit exiguum, aut quibusdam prope nullus videatur, tamen de ea nec alienum nec inutile exiſtimauit hoc tempore dicere, quoniam de argumento cogitare mallem, et iureconsulto haud indigno, et ceteris fi non caro, faltem non iniucundo. Sed ecce ante hos duos et quinquaginta annos exortus est in Salana iureconsultus, iuriſ illaſe historiaeque haud mediocriter doctus, *Io. Salom. Brunn-*

b) De Sueviſ teſtatur *Idacius* in *Chronograph.* Olymp. CCCXI., de Wiſigothiſ *Saluianus* de gubernat. Dei lib. VII., et de Francis *Idem* lib. IV. et VII. *Procopius* de bello Goth. lib. II. et *Eumenius* in *panegyr.* cap. XI., licet haec teſtimonia odio auctorum in Germanos tribuat *Hertius* in notit. vet. Germ. pop. P. III. c. I. §. V. num. pag. 110.

*Brunnuellus*, qui idem argumentum publica disputatione <sup>c)</sup> per tractauit. Nihilominus de eadem re libuit mihi hac opportunitate aliquid ingenii caussa disputare, ita sane, ut scriptori vtrique suum constet. Lectione autem prioris haud difficulter cognoscitur, de iure, quo eam in rem vtimur, item de formis negotii paullo copiosius atque diligentius, de ratione, caussis, origine moris, quo nostrates in pingendo contumeliae caussa olim vsi sunt, vt pote quae magis sunt recondita, parcius illum exposuisse. Quae quidem nolo eo valere, ac si laudibus doctissimi scriptoris, cui potius honos praefandus est, vlo pacto ausim obtrectare; sed vnicce eo consilio modeste et cum verecundia monendi sunt lectors, partim ne siue temeritatis siue ignorantiae me arguat quispiam, partim etiam ne quis factum taciturnum callidamque vituperet perperam in vtilitatem meam versionem. Et quisnam dubitat, quin plus polleant multorum ingenia consiliaque, dum versant in animis fecum vnamquamque rem, atque deinde, quid in quaue re cognouerint placueritve, conferunt?

### §. III.

#### *Declaratio vberior argumenti.*

Mitto quidem hoc loco iniuriam pictam siue corpori bonisve aliis, siue alibi in alienam ignominiam factam, tamqam iniuriaie vel realis vel verbalis speciem hodieque vfitatam, de qua viri docti, qui de iniuriis tradidere, idemque *Brunnuellus* paullo ante laudatus satis exposuerunt. Sed illud genus contumeliose picturae (*Schandgemählde*) vnicce quaro, in quo poena privata moribus probata et nonnumquam conventionalis cernitur, quae fidem laesam faepius olim sequuta est. Interim pictura hic continetur, quidquid siue res a natura profectas, siue arte aut visione animi cogitationeque formatas ita imitantur, vt in sensu incurrat, ac proinde nihil interest, num peni-

A 3

cillo

c) De pictura famosa et de specie juris germanici, pacto nimirum, quo maiores nostri sub pictura famosa, bey Straffe Schandgemählde se se obligarunt, adiecto Programmate de pictura honesta ac utili, Ienae 1734.

cillo coloribusque sit, an typis, an fusorio opere, an penna, an denique sculptura sculpturave deformatum d). Erit autem ea disputatio tripertita potissimum, eiusque haec ratio atque via, vt primum quaedam circa originem et caussas moris, de quo agendum, moneam: tradatur deinde de forma illius, vi atque vnu; ac denique, qua ratione factum sit, vt exoleuerit omnis legibusque passim fuerit abrogatus, ostendatur.

## Cap. I.

## ORIGINES ET CAVSSAE PICTVRAE CONTVMELIOSAE

## §. IV.

*Cautiones ad firmanda pacia.*

Germanam illam fidem vt patrium bonum auitumque considerant et contemplati sunt maiores nostri, qua quod rempublicam vehementius contineret, nihil umquam cogitari posse arbitrabantur, neque immerito. Hanc dum sanctissime coierunt, satis firmi erat omnino in ipsis conuentionum verbis, neque alio vinculo opus, quod adiuuandi cauſa ad principale illud accederet e). Namque summa apud omnes erat contentio, vt quaecunque extrinsecus haberent, internis essent consentanea. Sed cum deinceps saepius consuetudinem cum Romanis habarent,

d) Plane vt in Ord. Imp. Polit. de a. 1577. (in d. Samml. der Reichs-Absch. P. III. p. 379. et in Schmaußi Corp. iur. publ. acad. num. XLVIII.) tit. XXXV. §. 3. ponuntur: desgleichen auch nichts Schmühlich, pasquillisch, oder in andre weis — gedicht, geschrieben, in Truck brachte, gemahlt, geschnitzt, gegossen oder gemacht, sondern wo solche und dergleichen Bücher, Schriften, Gemälde, Abgüsse, Geschnitzte und Gemälde in Truck oder sonst vorhanden wären, etc.

e) Quo tendunt sine dubio notissimae illae paroemiae: Ein Worte ein Worte, ein Mann ein Mann; Zufügen macht Schuld; Ehre verloren, alles verloren; Anders reden und anders meinen, ist schändlich; de quibus vide sis Eisenharti Sprüchwörter p. 82. 311. et 314. Herzii paroem iur. L. I. par. 8. ill. J. C. H. Dreyeri Samml. vermischter Abhandl. T. III. p. 911.

rent, commerciorum quoque usus, et simili lucri cupidus crebrior esse coepisset, delicatior denique et externus cultus in mentes hominum moresque irrepisset, a simplicitate sua nativa et curriculo maiorum vniuerse ac in primis in seruanda fide sensim paullatimque deflexerunt. Quo factum est, ut in conuentibus maior cautio adhibenda esset, eamque ob rem non solum in scripturam redigerentur pacta<sup>f)</sup>, verum etiam sub regibus Francorum varii ritus inualeserent ad firmitatem pactis conciliandam<sup>g)</sup>, in quibus, ut reliquos nunc taceam, erectio digiti<sup>h)</sup> et promissio stipulata manu<sup>i)</sup> seu, ut loquebantur, sub fide manuali facta<sup>k)</sup> praecipui erant.

## §. V.

## Continuantur.

Neque tamen in his adquieuerunt. Mox enim, turbata republica bellis domesticis et priuatis atque male fana romana, praeſulum arrogantia, cumque noſtrates commercio, itineribus, praeſertim a viris militaribus rei aulicæ et equeſtris cauſa institutis, expeditionibus denique cruciatis miscerentur cum diuersis gentibus haud raro ſubleſtae fidei, et major hominum facta eſſet in ciuitates fecellio, peiore loco fides ger-

<sup>f)</sup> L. Baluuar, tit. XV, cap. 13. L. Wisigoth, lib. II, tit. V. §. I, seq. L. Langobard, lib. III, tit. 38. L. Alemann, c. I, et 19. Inſt. Fon-  
zanini vindiciae antiquor. diplomatum (edit. II, Romae 1743, 4, cura Benaglio) lib. I, cap. 3.

<sup>g)</sup> Capitular. reg. Francor. lib. VI, §. 149. (collect. Baluz.)

<sup>h)</sup> Quod posteri dixerunt: mit geſtabten digito, ut eſt in litteris inuesti-  
turae manuscriptis a. 1523. quas poffideo.

<sup>i)</sup> Adelboldus in vita Henrici Sancti c. II. Everb. Otto in iurisprudentia symbol. exerc. II, c. 10.

<sup>k)</sup> De Ludewig T. VI, reliqu. mſc. — Germ. Handschlag, vnde procul du-  
bio verba Andalango et Andalangus, que in legibus chartisque veru-  
ſis paſſim reperiuntur. Cangius et Wachter in gloss. h. v. Eccard ad  
L. Sal, num. pag. 59. Polyc. Leyfer de adoptionibus per Andelangum.  
Helmſt, 1727. Rumpff in diff. infra cit. §. XVII.

germana esse coepit <sup>l)</sup>, leuitatisque eius coercendae gratia noua medicina opus. Quam, praeter obsides diu visitatos, pignora, pactum commissorium contractui pignoris adiectum atque fideiussores iuris romani, pro temporum hominumque conditione tum in variis negotiis, quae conuentionibus principalibus adderentur (accessorias conuentiones vocant), tum in poenis quibusdam priuatis, quae famam in primis fugillarent, considerate et circumspecte quaesiverunt, probe memores, nullam iustitiae curam feueriorem esse illa, quae a paribus conditione priuatum agitur, dum communis utilitas simul sit priuata singulorum.

## §. VI.

*Conuentioneerum accessoriarum diuisio et enumeratio.*

Ex his, cum argumento nostro valde conueniat, praecipua breui commemorare non piget. Est autem diuisio earum tripartita memoratu sane digna, quae omnes, quod sciam, praeterit. Namque I) aut ad solam nobilitatem hominesque militares (*Rittermäßige*), eosque saltem, quibus ius insignium erat, II) aut ad ciuium rusticorumque ordinem pertinuerunt, III) aut denique utriusque parti fuerunt communia. Ad tertiam huius diuisioneis partem referenda sunt, si recte iudico: primo loco obstagium <sup>m)</sup> seu iacentia fideiussoria ad comedus in ver-

*l)* Conf. carmen german. *Reinke de Voss* (ex. edit. Sublii V. C. a. 1782.) et *Dreyeri V. A. Nebenfunden*, St. I. n. 1.

*m)* De quo praeter eos, quos nominantur per illi, de Selchow elem. iur. germ. §. 674. expoſuerunt celeb. *Gercken* in d. *Abbandl. aus d. teutsch. v. Lehn-Rechte etc.* T. I. (Hamb. 1771. 8) num. IV p. 63-86. ill. *Io. Henr. Jung* diff. de pacto obstagii apud *veteres Baraues*. 1762. 4. *I. C. H. Dreyer*, vir egregius, diff. obseruat, iur. *Hofstat.* et *Cimbrici meletem*, de obstagio iuris Europaei. *C. G. Antoni* diff. de obstagio. *Lipf. 1774.* item *Neue Bemerkungen über d. Obstagium*, in *I. C. L. Freytagii V. C. Medizinationen für Rechtsgelehrte* T. II. (Fr. 1779. 8.) b. *I. P. Lang* in d. *diplomaat. Blumenlese*, in libro; der *Geschichtforscher* ab ill. *Meuselio*, noſtrate, edito T. II. (1776) n. 11. p. 162 sq. et 169. n. 19. T. III. n. 99. et 102. p. 242 sq. ill. *P. E. Spieß*; vir eximus meique amansissimus, in d. *archiv. Nebenarb.* T. I. n. 28. De Bauaria in primis *Monumenta boica passim* et ch. valde memorabilis. a. 1346, n. 94. in Cod.

versorio, vt loquendi mos fuit (*Einritt, Einlager, Leistung*); deinde litterae cambiales; instrumenta garantigata; obligatio sub poena banni ecclesiastici, improbata a Bonifacio VIII. et IX. pontif. max. a. cl<sup>o</sup>cccccii. et cl<sup>o</sup>ccccxc. n); item sub iurejurando, sub infamia vel sub iactura famae et existimationis o) (*Ehr- vnd Rechtlos zu seyn, bey Schelme/chen*), aut litteris contumeliosis p) (*bey Schandbriefen*); obligatio ad usuras aut usuras promobiles q); ad inediam et ferias esuriales r); ad ius pignora capiendi, sive ad patiendam depraedationem s), vt scilicet creditor i liceat re debitoris, si in mora soluendi futurus sit, impune diripere; ad amissionem bonorum t) aliasque poenas

con-

Cod. dipl. Mich. de Bergmanni heurkundeten Geschichte der Haupt- vnd Residenz - Stadt München (Monach. 1783, fol.) adiecto. De Franconia nostra vid. *Histor. dipl. Magazin* etc. B. I. St. II. n. 4. et B. II. St. III. n. 2. ill. *Siebenkefli Magazin* etc. T. II. p. 202. et Dill. observations de fideiullione a *Lochnero* Altd. 1786. defensa §. 5., quibus copiosius forte, quam hoc loco par est, a me excitatis ex chartis manuscriptis, quas possideo, plura addere possem.

n) Chr. Henr. Eckhardt et Gudenus a perill, de Selchow l. l. nominati. Raynaldus annal. eccl. ad a. 1225. p. 316. C. G. Riccius in problemum pactum commissorium circa pignora in foro rufus sit invehendum? p. 68 seq. Rumpff l. infra laud. §. XIX seq. Laudatus Eckhardt in Hermeneut. iur. p. 617, seq. ibique ill. *Walch* in notis.

o) Pet. Müller diff. de obligatione sub infamia. Ien. 1689, rec. Viteb. 1744. Rumpff diff. mox cit. §. I—XI.

p) Cuius modi litterae reperiuntur in perill. de Selchow comm. de reliquiis iuris manuarii etc. in mantissa document. n. II. III. et IV. in *Eius Ele-ctis iur. germ. publ. et priv.* p. 336 sq. item in *Mantzelii Bützowi-schen Ruhestunden* P. 25. pag. 27.

q) Riccius l. l. p. 59. et in *Spicilegio iur. germ.* p. 102. et 103.

r) De Ludewig reliqui. MSC. T. I. p. 361.

s) Pfendorf T. II. Obs. 62. *Io. Ad. Kopp* de iure pignorandi conuen-tionali. Marb. 1738. Rumpff l. infra cit. §. XLIII - XCIV. Ordonna-nces des Rois de France T. I. p. 6.

t) De Ludewig l. c. T. II. p. 222.

conventionales; dira denique exsecratio eius, qui conuentio-  
nem violauerit *u*). Ad secundam partitionis nostrae partem vo-  
co: obligationem ad operas *x*); addictionem debitoris in ma-  
num creditoris *y*) (*Uebergebung zu Hand vnd Halster*); obliga-  
tionem ad carceres et compedes *z*), aut ad seruitutem *aa*);  
item portationem rotae aratri de comitatu in comitatum *bb*);  
gestationem lapidum ignominiosorum *cc*); sedem in lapide  
ignominioso *dd*) (*Niederersetzen auf den Lästerstein*); obligationem,  
vt campanarum sono ignominiae caussa exciperentur *ee*) (*auf  
die Beläutung mit den Glocken*), vt alia, quae de singulis vrbi-  
bus locisque narrantur, taceam *ff*).

## §. VII.

- u*) Chron. Gottwic. lib. II. p. 174 sq. Greg. Gruberi *Lehrfystem einer allgem. Diplomat.* T. I. p. 287 sq. per ill. de Steck in libro: *Essais sur divers sujets interessants etc.* (1785. 8.) n. VII. *Monumenta boica Vol. I.* p. 216. *Le Moine et Batteney pract. Anweis.* zur Diplom. (1776. 4.) p. 94. 104. et 108.
- x*) Müller diff. cit. Sect. IV. §. IV. p. 25.
- y*) De Selchow elem. iur. germ. §. 379. Pfendorff T. I. obs. 120.
- z*) Ibid. §. 607. et C. G. Ricci delineatio de conuentione obligationis debitoris ad carcerem in causa debiti. Goett. 1778. 4..
- aa*) Rumpff l. infra cit. §. XXXIII.
- bb*) Quam veterem consuetudinem appellat Otto Frising. lib. II. c. 28. item veterem morem Güntherus Ligurinus lib. V.
- cc*) Lebmanni Speyer. Chron. lib. IV. c. XVI. n. I. ill. Dreyer de lithophoria f. gestatione lapidum ignominios. Lips. 1777. 8.
- dd*) Ill. *Quistorpii* Beitr. zur Erläuter. verschied. Rechtsmaterien St. I. n. XIII. p. 178.
- ee*) Idem I. c. p. p. 175.
- ff*) V. c. ill. *Quistorp* narrat I. c. p. 178: „In Meklenburg vnd an ei-  
nigen andern Orten mussten die Schuldner sich öffentlich auf dem Markt-  
ste mit aushängenden ledigen Taschen darstellen; an andern wurden  
sie durch die Gassen geführt, vnd die gemeinen Jungen trugen vorne  
vnd hinten ledige Bentel.“ Etiamnum Norimbergae viget consuetudo,  
vt debitores tributorum mortui loculo includantur in superiori parte  
plano, non eminente, quem haud insulsi Nafendräcker vocant. — Obli-  
gatio tamen sub amissione vel vitae vel membris cuiusdam, quam nomi-  
nauit Müller I. c. p. 25 sq., mihi sollicite rimanti maiorum iura et mo-  
res nupsiam occurrit.

## §. VII.

## Continuatio prioris.

Supereft prima pars diuisionis earum conuentionum poenarumue, quae reliquarum conuentionum firmandarum cauſſa apud Germanos inuentae ſunt, quamque vltimo loco lubet pertractare; velut obligatio ſub banno imperiali, interdum etiam ecclieſiaſtico ſimil gg); ſub clauſula honoris ſive ſub fide gene-roſa bb) (bey fürſtli, gräfli, oder adel. Ehren, Würden vnd Worten f. bey Cavaliers. Parole), quae tamen iure numquam aequipolle-let iuramento ii); ſub amiftione iuriſ ſigillo vtendi kk) (daſſ man ſiegleſlos ſeyn wolle); ſub fide militari ll); ſub diſpendio honoris feminei mm); geſtatio canis (κυνοφορία) aut fellae ignominioſa nn); obligatio ſub violatione iſignium; conſectio pallii aut map-pae oo) ignominiae cauſſa; denique contumelioſa pichtura, de

B 2

qua

gg) Exempla habes apud Gudenum Cod. dipl. T. I. p. 543. 561. 699. et Rumpffium I. mox laud. §. X. XX. et XX.

bb) De vtraque ſpecie vid. Eckhardi, Milleri et Zollii ſcripta a perill. de Selchow I. c. ad §. 605. laudata, Rumpff diff. mox. cit. §. XII.

ii) Müller I. c. S. IV. §. I. Muſto minus noſtræ aetati conuenient, que nuper cel. F. C. I. Fischer (in d. Lehrbegr. fämtl. Kameral- vnd Po-lizei- Rechte T. I. p. 59.) protulit, nimirum aequipollere iuramento affieuerationem virginis nobilis ſub nobili virginitate.

kk) I. G. Eftors teutſche Rechtſgelahrh. T. III. §. 3699.

ll) De Weſtphalen Monum, inedit. T. III. p. 1508. ch. a. 1264.

mm) Ch. a. 1362. ap. Gudenum in Cod. dipl. T. II. p. 1152.

nn) Gerickenii Schottelius illuſtrat, in adp. c. IV. p. 186. fq. Date de pace publ. c. 20. n. 44. p. 145. Riccius vom Adel p. 195. § 4. Laurentius von d. Kriegsgericht, der alten Teutſchen p. 196. fq. Gund-ingiana St. XXX. n. VII. F. C. I. Fischeri V. C. Sitten vnd Gebräu-che der Europäer im V. v. VI. Jahrh. (1784. 8.) p. 161. celeb. S. W. Oetteri Untersuch. — ob die Personen — die Hunde zur Strafe füh-ren oder tragen müssen? (aduerſus Dreyerum) Augsb. 1784. 8.

oo) De la Curne de Sainte - Palaye, Galli vere docti, liber: Mémoires sur l'ancienne Chevalerie T. I. ſect. IV. p. 319. et 384. n. 52. et quae ibi in verſione theot. T. I. p. 134. et ad n. 52. ſect. IV. adiecti.

qua nunc sigillatim et paulo vberius pp). Sed aliae itidem eorum conuentionum poenarumque partitiones cogitari possunt, v. c. prout vel personales vel reales fuerunt, vel ad debitores ipsos, vel ad alias, item vel ad solos masculos, vel ad feminas quoque, vel denique ad personas seculares non solum, verum etiam ad ecclesiasticas qq) pertinuerunt. Sed eas hoc loco parum curio.

## §. VIII.

*Occasio moris pingendi contumeliosè, ex aduersus quem usurpatus sit.*

Itaque inter haec negotia poenasque priuatas conuentionales, quas olim tamquam maior securitas contractibus accessisse non ambiguum est, nescio an memorabilior sit, quam pietura contumeliosa, siue rem ex fructu oculis capiendo aestimes, siue eam ad domesticum natuumque sensum gentis atque aetatis referas. Occasionem, quam vsus eius praeter ea, quae supra (§. IV. et V.) dixi, primum naestus est, si conjecturis licet indulgere, deprehendere mihi videor in re equestri moribus que virorum militarium. Vnde perspicuum est, cur plurima picturae

pp) De nonnullis earum conuentionum, quas §§. V. VI. et VII. laudauit, praeter eos, qui supra excitati sunt, quaedam vniuersitate monuerunt Kopp. I. c. §. 2. Kobe de pecunia mutuat, tuto colloc. cap. III. §. 20 sq. p. 34 sq. Io. Rumpff diss. de nonnullis conuentionibus Germanorum accessoriis, quibus debitores suos arctius obligare nitebantur. Goett. 1755. Usus huius commentationis hodie rarae inueniuntur amicitias ill. Siebenkeesii, antecessoris Altorfini celeberrimi. Add. ill. Quistorp I. I. pag. 165 - 187.

qq) Canonici v. c. ad obstatum claustrale obligare se se potuerunt; Hultz aus in gloss. germ. col. 1102. et 620., quod fere alter videtur illustri Gercken (I. supra I. p. 70), et plane negatur in Monumentis Boicis T. I. p. 78, sed perperam. Namque Alexander III. P. M. in cap. 9. X. de iureiur. monachis adeo, qui pro debito monasterii obstatum promiserant, eam obligationem tribuit. Inualuerat etiam mos, tum inter clericos tum inter laicos, se se obligandi sub cessatione a diuinis officiis, vel suspensione diuini cultus, damnatus in concilio Basileensi et Statutis synodalibus Ioannis III. episcopi Eichstadiensis a. 1435. conditis. Rumpff I. I. §. XXV. seq. et Riccius I. c. p. 76.

picturae contumeliosae exempla ad illud contumeliae genus in primis spectent, quod homini equestris et iure insignium instruō nocet. Quin aduersus hunc pictura nostra vnicē, quod sciam, usurpata est rr).

## §. IX.

*Item quo tempore et apud quas gentes inualuerit.*

Quo tempore autem inualuerit, in tanta exemplorum penuria res est difficilis dictu. Interim si antiquissima eius exempla, quae non nisi insignium mentionem faciunt, consideres, aetas, qua crebrior iam insignium fuit usus, sive qua res equestris praecepit viguit, palam erit. Si temporis notas in monumentis aei medii, quae infra indicabo, conquiras atque conferas, antiquius vix, quam decimum quartum, seculum definiest. In quo me magnopere confirmat legum romanarum tunc potissimum in Germaniam irruentum ingens odium, quod homines equestres ceperat. Hi nimur omne faxum voluere anni sunt, ut praecelta iuris romani, secundum quod caussae aguntur subtilius, effugerent. Quo factum est, ut ab eo inde tempore omnibus prope contractibus conuentiones accessorias, quas paulo ante indicauit, adjicerent, quemadmodum de obstegio scite admodum obseruauit vir multae lectionis et rerum nostrarum peritissimus, *Phil. Guilielmus Gercken*, loco supra commemorato. Tandem populos quod adtinet, apud quos usus picturae nostrae cognoscitur, praeter Germanos, Anglos Gallos.

B 3

que

rr) Attulit quidem Brunquellus picturam contumeliosam, cui bis inseriūtum: *Stadt N.* — Quae tantum abest, ut hoc argumentum meum conuallat, ut potius illa vtar huius firmandi caufa. Namque credibile est, pertinere illam ad chartam a. 1554. ab eodem pag. 67. et seq. editam, eamque proinde a ciuitate aduersus comitem quedam esse confeccātam, quae sub homine ibi contumeliosa picta eundem comitem notauerit. Contra, si aduersus ciuitatem, id a rationibus meis itidem non abhorret, siquidem hanc iure insignium tum gauifam esse, patescit litteris a. 1583. ibidem pag. 63. et seq. descriptis, ad quas et ad litteras eiusdem anni, quae p. 59. et seq. inueniuntur, picturam hoc casu pertinere oportet.

que neminem adhuc reperire potui, indubius propemodum,  
quin etiam apud ceteras gentes, quibus rei equestris copia  
fuit, praesertim Hispanos atque Italos, viguerit.

## Cap. II.

## DE FORMA, VI ATQVE VSV PICTVRAE CONTVMELIOSAE

## §. X.

*Quomodo proposuerint picturam.*

Vt scopulum, sic praecepta juris romani in hac omni disciplina fugiamus necesse est. Quapropter satis habeo maiorum iura moresque, vbi praeter naturam rei quicquam desideres. Sine litteris quidem contumeliosam, quibus caussa, nomina, et reliqua commemorarentur, picturas nostras diuulgatas fuisse. nuspian animaduerti. Eas autem litteras siue in eadem tabula cum pictura scribere, prout vidi in exemplo, quod frons libelli exhibet, siue separatius picturae adiungere, quod interdum factum esse non insulse coniici potest, olim nihil retulit. At tamen, quod scribit ill. *Quistorp ss*, ipsis cautionibus seu chirographis picturam ignominiosam insertam fuisse, loco ad illud a scriptura vacuo relieto, nusquam sane cognoui; quin etiam valde dubito, an quis vñquam secus, atque paullo ante exposui, reperiet. Quis enim, quaeso, tam incaute egit, vt pingendo et diuulgando diplomata sua, in quibus praecepit sibi aduersus debitorem constituerat praesidium, pessumdede-  
rit

ss) In libro: *Beyträge zur Erläuterung verschiedener Rechtsmaterien*, T. I.  
P. 175. quo loco haec perhibet: *Man versprach, in einer bestimmten Frist zu bezahlen, und falls man solches nicht erfüllen würde, sollte der Gläubiger die Befugnis haben, in dem zu dieser Absicht leer gelassenen Raum zum Schimpf und Nachteil des Schuldners zu mahlen und zu schreiben, was ihm belieben würde, auch solches öffentlich bekannt zu machen.*

rit iisque suapte culpa caruerit? Picturam autem cum litteris contumeliosis in loco quodam publico, velut in valuis ecclesiae, curiae, ciuitatis, imo in patibulo proponere mos fuit.

§. X.  
*De figuris picturae ignominiosae.*

Supra dixi, vsum picturae nostrae aduersus homines equestres et iure insignium instructos fuisse. Minime igitur mirum videri debet, pleraque et antiquissima eius exempla sic fuisse comparata, ut in primis isti hominum generi essent dedecori. Itaque figuris, ne desint exempla, repraesentarunt imaginem consecti pallii aut mappae, gestantis canem, aut rem cum cane habentis, cuius modi exemplum ipse in tabulario quodam publico vidi; item clypei nudi siue vacui, inuersorum insignium aut clypei *tt*), insigniorum cum filo sinistro (*filet gauche*), praesertim apud Gallos *uu*), ceterarumque ignominiarum, quibus ob probrofa crima notabantur milites *xx*); ignominiosa quoque propositio aut demonstratio annuli signatorii, quae saepius occurrit in tabula, quae huic libello praemissa est. Denique, cum consenuisset feruor equestris atque deserbuisset, alia itidem poenarum genera communia adhibuerunt atque figuris delinearunt, vti exempla apud Brunnquellum docent.

§. XII,

*tt) Du Fresne in glossar. v. arma reversata. La Roque tr. de la Nobleſe pag. 416.*

*uu) J. F. Ioachims Samml. vermischt. Anmerk. T. I. n. XVI. p. 404; Ménestrier pratique des armoiries ch. XIII.*

*xx) De quibus accurate exposuerunt La Colombière tr. de l'office du Roi-d'armes (1645) p. 97 fq. et in tr. Théâtre d'honneur (1648) T. I. ch. II. p. 55. fq. et T. II. p. 558. vbi figuris repraesentatae sunt. His addi poliunt: Hoeping de iure insign. c. 6. n. 24. etc. c. 16. n. 86. Fichtneri diss. de fractione insignium §. 7. 8. et 9. Pasquier Recherches de la France c. 15. l. 5. p. 589. et exemplum luculentum damnatae memoriae Casparis Collini apud Thouanum lib. 53. ad an. 1572.*

## § XII.

*Quae bifuriam adhibita est.*

Duplici autem ratione picturis contumeliosis vni sunt, vt sollicite rimanti chartas vetustas oppido patebit. Primum videlicet, vt iis impellerent lento debitores ad soluendum, vel saltē fideiūssores adigerent ad praestandum obstagium, aut vt ignominia quadam priuatim adficerent eos, qui promissis haud steterant, certe vtroque loco sine conuentione, qua ea potestas in alterum translata fuerat. Cuius modi documenta capio ex litteris omnibus a Brunnuello disputationi suaē adiectis et ex ipsis tabulis A.C. c1587 et c1604 infra descriptis. Sic quidem pictura nostra locum sustinet poenae priuatae aut modi exequendi moribus comprobati. Deinde etiam, quod memoratu dignius, pictura usurpata est vi conuentionis, qua is, qui aliquid dare vel facere pollicitus fuerat, ni daret aut faceret, fese vltro huic probro subiecerat. Eius rei testes voco luculentissimos exempla picturae ignominiosae, quae deinceps leguntur. Hoc modo picturae inter conuentiones, quas vocant, accessoriās non vltimum sane locum occupant. Imo vero ipsis conuentionibus accessoriis nonnumquam acceſſerunt maioris securitatis cauſa, velut vt fideiūssores ad praestandum obstagium, aut ad soluendum pro debitore effent promtiores,

## §. XIII.

*Effata de conuentione sub pictura contumeliosa.*

Conuentio sub pictura contumeliosa, quae non solum coram iudice, verum etiam priuatim fieri poterat, solo consensu adeo perfecta erat, vt neque testibus, neque scriptura, neque sigillis opus esset. Quocirca quicquid obstat consensui, illud vnicē impedivit obligationem sub pictura ignominiosa, nec vero sub hac obligari potuit, nisi cuius in conuentione eo nomine diserte mentio facta esset. Ceterum, sicut in obstagio, vel ipse debitor se obligabat eo modo, vel debitor una cum fideiūssoribus quibusdam, vel fideiūssor duntaxat, vel debitor

bitor vassallos aut ministeriales suos deuinciebat. Et cum conventionio illa vtique sapiat naturam pacti accessoriis, sine alia praecedente obligatione cogitari non poterat. Nihil autem impeditiebat, quo minus et mutuo et cuicunque alii contractui, cui vis inerat obligandi, accederet.

## §. XIV.

*Eiusque effectus.*

Quisquamne dubitare potest, quin conuentioni sic factae non modo nihil vitii, sed potius arctissimum debitores inter et creditores inesset vinculum? Quis enim ignorat, ignominiam iure quodam illatam magnam habere vim ad animos hominum, praesertim eorum, qui cum dignitate quadam in re-publica versantur? Existimationem autem, honorem, ac famam creditoribus loco pignoris ea conuentione committebant debitores. Quarum igitur iustissimam facturam fecerunt, si fidem datam minus liberasent. Interim non ambigitur, ex ipsa pacti indole ac ratione amissionem famae numquam consequam esse. Quid enim bonis moribus perinde ac legibus re-publicae bene ordinatae magis aduersaretur, quam si ciuibus existimatione ac fama, sine turpi facto, sola conuentione se priuare liceret? Itaque intelligitur, debitores solo pacti neglectu picturam meruisse, ac demum malefactis suis famam perdidisse.

## §. XV.

*Exempla peregrina.*

Cum exempla picturae ignominiosae quaerito, non multa occurront. Namque pleraequae tabulae, in quibus contumeliosa pictum erat, diu sane interierunt, nec umquam tabulariis publicis illatae sunt; nonnullae forsan in his adhuc delitescunt, passim apud eorum praefectos solertiissimos mihiq[ue] bene cupientes a me non indiligerent, sed frustra quaesitae. Interim quaedam, aut parum adhuc, aut nondum cognita exempla afferre non piget. Antiquissimum, quod scio, est Angli cuiusdam,

C

Iehan

